UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi Parisiensis. Sententiarvm Libri IV. quibus vniuersæ Theologiæ summa continetur

Petrus <Lombardus>

Mogvntiæ, 1632

Quod Deus cum sit in omnibus rebus essentialiter, non tamen coinquinatur sordibus rerum. H

urn:nbn:de:hbz:466:1-38829

Visual Library

Quod Deus cum ſit in omnibus rebus, non tamen ſordibus rerum inquinatur. H

SOLET etiã ab iiſdem quæri, quomodo Deus ſubſtãtialiter inſit omnib. rebꝰ, & corporaliũ ſordium inquinationibꝰ nõ contingatur: quod tam friuolum eſt, vt nec reſponſione ſit dignum, cum etiã ſpiritꝰ creatus ſordibus corporeis etiam leproſi vel quarumcunqꝫ polluti inquinari nõ poſſit. Sol quoqꝫ radios ſuos ſine ſui pollutione effundit ſuper loca & corpora non ſolũ munda, ſed etiã immunda ac ſordibus fœtẽtia: quorum contactu homines, & aliæ quædam res inficiũtur, ſolis vero radii impolluti incontaminati ea cõtingentes existunt. Nõ eſt ergo mirandum ſi eſſentia diuina omnino ſimplex & incõmutabilis omnia replet loca, & omnibus creaturis eſſentialiter ineſt, nec tamẽ cuiuſquã rei ſordibꝰ cõtaminatur vel cõtingitur: Vnde Aug. in l. de natura boni, Cum in Deo, inquit, ſint oĩa quæ condidit, nõ tamẽ inquinant eum illi qui peccant. De cuius etiam ſapiẽtia quæ attingit à fine vſq; ad finẽ fortiter, dicitur: Attingit omnia, ꝓpter ſuam munditiam, & nihil inquinatum in eã incurrit. Poſtremo reſpondeat quid potius de Deo reſpondendum exiſtiment: vel ꝙ nuſquam per eſſentiã ſit, vel ꝙ vbiq; vel quod alicubi, ita quod non vbiqꝫ? Sed quis audeat dicere; ꝙ nuſquã diuina eſſentia ſit, vel quod alicubi, & non vbiq; ſit? Si n. ita eſt alicubi, quod non vbiq;, ergo localis eſt. Eſt ergo vbique tota quæ cõtinet totum, & penetrat totũ: quæ nec pro ſui ſimplicitate diuidi, nec pro ſui puritate maculari, nec pro ſui immenſitate vllo modo comprehendi poteſt: Vnde Auguſt, Deꝰ vbiq; eſt, cui nõ locis, ſed actionibus propinquamus, per ſimile & minus oſtendit. Timent quidã quod fieri nõ poteſt, ſcilicet ne humana carne veritas & ſubſtantia Dei inquinetur, & tamen prædicant iſtũ viſibilẽ ſolem radios

Tom. 6. c. 20. in prin.

Cap. 27. in principio.

Aug. de agone Chriſtiano libr. vnico. Ca. 18. in princ. Li. de doct. Chriſt. 1. c. 10. in fine.

ſuos

ſuos per omnes feces & ſordes ſpargere, & eos mũdos & ſinceros ſeruari. Si ergo viſibilia mundã viſibilibus immũdis contingi poſſunt, & non inquinari: quanto magis inuiſibilis, & incommutabilis veritas.

Aug. de agone Chri. dicens: Timent &c.

Quod Deus vbique ſit, & in omni tempore, non tamen localis eſt, non circumſcriptibilis nec loco nec tempore mouetur.

Cumque diuina natura veraciter, & eſſentialiter ſit in omni loco, & in omni tẽpore, non tamen mouetur per loco vel ꝑ tempora, nec localis, nec temporalis eſt. Localis nõ eſt, quia penitus nõ circumſcribitur loco, qa nec ita eſt in vno loco, quod nõ ſit in alio. Neq; dimenſionẽ habet ſicut corp', cui ſecũdum locum aſsignatur principiũ, mediũ, & finis, & ante, & retro, dextera & ſiniſtra, ſurſum & deorſum: ꝙ ſui interpoſitione facit diſtantiam circumſtantiũ. Duobus namq; his modis dicitur in ſcriptura aliquid locale, ſiue circumſcriptibile, & econuerſo: ſcil. vel quia dimenſionem capiens longitudinis, altitudinis, & latitudinis, diſtantiã facit in loco, vt corpus: vel quia loco definitur ac determinatur: quoniam cum ſit alicubi, nõ vbiq; inuenitur: quod non ſolum corpori, ſed etiam omni creato ſpiritui congruit. Omne ergo corpus omni modo, locale eſt. Spiritus vero creat' quodãmodo eſt localis, & quodammodo nõ eſt localis. Localis quidẽ dicitur, qa definitione loci terminatur: quoniã cum alicubi præſens ſit totus, alibi nõ inuenitur. Non autẽ ita localis eſt, vt dimenſionẽ capiẽs diſtantiã in loco faciat. Diuina ergo ſola eſſẽtiã omnino illocalis & incircumſcriptibilis eſt: quæ nec locis mouetur aliquo modo, ſcilicet vel determinatione finita, vel dimenſione ſuſcepta, nec tẽporib', ſed affectu & cognitiõe mouetur. His n. duob. modis, ſcil. loco vel tempore, fit mutatio creaturę, quę lõgè eſt à creatore. Vnde Aug. ſuper

Gen.